



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

IV. Die Markgrafen Otto und Otto überlassen dem Templerorden die Stadt
Zielenzig mit mehreren Dörfern, am 27. Oktober 1286.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

tibus domino Bolezlao duce zlesie, Domino heinrico episcopo lubucensi, Boguzlao Castellano de Nimiz, comite Ratzlao Wrat., Bogeslao castellano de Bitum, Domino Boguzlao, Prselao, Budiacro, Janufio, filiis Jherozlai, Conrado subpincerna et multis aliis.

Wohlbrück I, 69. Buchholz Gesch. der Churm. IV, Urk. Anh. S. 72.

Ann. Wahrscheinlich hatten die Tempelherren in dieser Gegend schon früher eine Niederlassung, da nach Balthasar König's handschr. Gesch. des Johanniter-Ordens schon 1232 der Bischof von Posen dem Orden Zehnthebungen zu Großdorf — einem ehemals zwischen den Dörfern Tempel und Langenpfehl gelegenen Dorfe — überließ — Paulus, episcopus Posnaniensis, donat Templariis decimas duorum mansorum in Magna villa in divine recompensationis emolumentum, A. 1232.

III. Herzog Premisl von Polen schenkt den Tempelherren das Dorf Seeren, am 14. Februar 1256.

In nomine domini dei eterni Amen. Quoniam — Quamobrem nos Premisl, diuina institutione dux polonie . . . notum esse volumus — quod ueniens in presentiam nostram miles noster Boguphalus, filius condam Zdislauri, procurante Brunone crucifero et fratre ipsius Alberto, de nostro consensu et bona uoluntate hereditatem suam, que uulgariter Zarino nuncupatur, cum omnibus utilitatibus et atinentiis suis fratribus de templo uendit et contulit iure hereditario perpetuo possidendam. Quod factum nos ratum et firmum uolentes habere. — Actum In poznan, In die beati ualentini martiris, Anno Incarnationis dominice Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Sexto. Huius rei et facti testes interfuerunt Comes Pretpelk Palatinus noster, Comes Boguphalus Castellanus Poznaniensis, Comes zbilut Castellanus Oftrouienfis, Benjamin Castellanus de Radhim, Andreas Subdapifer, Simon, tunc temporis Subiudex, et alii quam plurimi. Ego Michael notarius hiis etiam interfui.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv XVI, 304. Original im Geh. Staatsarchive.

IV. Die Markgrafen Otto und Otto überlassen dem Tempelorden die Stadt Zielenzig mit mehreren Dörfern, am 27. Oktober 1286.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis Amen. Vt ea, que aguntur in tempore etc. — Hinc est, quod nos Otto et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus uniuersis tam presentibus quam etiam his, quos diuina gratia disponente natura in esse producit in futurum, quod moti affectu sincerissimo, quem habemus ad ordinem Sancte Domus militie templi presertim et ad fratres in eodem ordine Domino famulantes, ad honorem ipsius Dei et gloriose

Virginis Matris sue, eidem sancte domus templi et fratribus ejusdem ordinis donamus oppidum Sulenzec, villas Langenvelde, Brefin, Richenowe, Bucholt et Lubune cum omnibus pertinentiis, agris, lignis, aquis, pascuis, molendinis atque pratis et aliis redditibus universis, cum omni usu ac utilitate, cum Advocatia et omni Dominio atque jure, cum libera et omnimoda proprietate sine omni petitione exactoria et prorsus absque omni gravamine perpetuo possidendas et sibi utiles faciendas. Adjecimus quoque, quod oppidum Sulenzec et habitatores in illo in perpetuum obtineant suum forum et quod eadem sancta Domus templi et fratres ordinis ejusdem jus patronatus ecclesiarum in Sulenzec et villis habeant predictis, perpetuis temporibus pacifice et quiete. Cedimus omni jure ac dominio, que usque modo habuimus in predictis. In horum preditorum omnium protestationem lucidam et certitudinem evidentem, ne quoque nostris heredibus aut aliis quibuscunque dubietas occasionem generet malignandi, et ut nostra donatio secundum, quod superius est expressum, perpetuo inviolabilis perseveret, presentem paginam inde scribi fecimus et de certa nostra conscientia iussimus roborari nostrorum sigillorum appensione. Testibus, qui presentes aderant, infra scriptis Domino Gernoldo Preposito de Salzwedele, fratre Johanne de Belitz de clastro Lenin, Domino Rudolpho de Anhalt, Domino Ottone et Domino Theodorico Sparren, Domino Conrado de Winninghe, Domino Hermanno Botel et Domino Ludekino de Bornem et multis aliis fidedignis. Datum in Quarzano, anno M. CC. LXXXVI., VI. Cal. Novembris.

Gundling'sche Sammlung mspt. — Gercken's Fragm. V, 10. 11.

V. Paps̄t Nicolaus IV. bestätigt dem Orden der Temp̄ler die ihm von dem Markgrafen Otto dem Langen geschenkten Orte Zielenzig, Langenfeld und andere, am 13. Januar 1289.

Nicolaus, episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis preceptoris et fratribus domus militie Templi Jerosolimitani in Alania et Sclavia salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod nobilis vir Otto longus, marchio Brandenburgensis, cupiens terrena pro celestibus et transitoria pro eternis salubriter commutare, forenses villas Sulenzhit et Langenvelde et quasdam alias villas, terras et possessiones tunc ad ipsam spectantes pia et prouida liberalitate donavit, prout in patentibus litteris inde confectis, ipsius nobilis sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit, incursum. Datum Rome, apud sanctam Mariam majorem, Idus Januarii, Pontificatus nostri Anno primo.

Aus L. v. Rebeur's Allg. Archiv XVI, 305.